



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 117. Ludovicus huic interdicto obluctatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

Sæcul. XVI. maticos, & Hæreticos in suam ipsorum
A.C. 1512 ruinam toto impetu ruentes, ac nondili-
sanctæ Ecclesiæ, quæ eorum tamen Ma-
ter est, unionem discindere sollicitos in-
crepavit: cum autem hac Constitutione
indignationi sive arctiores adhuc posul-
set limites, eandem in ipsum etiam Fran-
ciae Regnum extendit, Regemque Ludo-
vicum anathemate perculit, ac Regnum
interdicto subjicit, omnesque subditos,
præcipue Normanos, & Vascones a fide-
litatis Sacramento absolvit; cumque Lug-
dunensis civitas Cardinalibus, ceteris-
que Pisanis Præfullibus receptaculum in-
dulisset, quæs tamen velut rebelles, at-
que a fidelium cætu segregatos ac perdi-
tionis filios, ut inquit Papa, habebat,
ideo Lugdunenses a jure liberas nundi-
nas agendi spoliare, easque Genevam
transferre conatus est.

§. CXVII.

Ludovicus huic interdicto obliktatus.

Galliarum Rex, licet pessima fuerit re-
rum suarum conditio, nihilo minus
fese huic Constitutioni opposuit, quinimo,
ut inquit Thuanus Præses, eo usque pro-
fectus est, ut spretis multis multorum, qui-
bus alioqui plurimum tribuebat, suasionibus
moribundi sens inanes diras contraria ana-
thematis denuntiatione revinciret, cujo etiam
Nea-

Neapoli aureo nummo, qui effigiem suam ex Sæcul. XVI.
una parte, & insignia Neapolis ac Siciliæ A.G. 1512.
ex altera referebat cum hoc elogio: Perdam
Babylonis Nomen.

§. CXVIII.

Cajetani liber de auctoritate Papæ &
Concilii ad Pisanos Patres missus.

Jam mense Januario, anno Domini su- *In act. Pis.*
pra millesimum quingentesimo duodecimo *p. 15.*
delatus est ad Pisanos Patres liber *Argent. Coll.*
Thomæ de Vio, qui diebatur Cajetanus, *jud. t. 1. p.*
eoquod Cajetæ, quæ est Neapolitani Re- *352.*
gni civitas, die vigesima Februarii Anno *Spond. ad*
hunc an. n. *hunc an. n.*
Salutis millesimo quadringentesimo sexa- *15.*
gesimo nono primam lucem aspexisset. *Raynald. ib.*
num. II.
In hoc libro Auctor differit de Pontificis
potestate supra Concilium, seu potius de
auctoritate Papæ & Concilii inter se col-
lata; cum vero Pisani post maturam di-
scussionem hunc librum dogmata Regno-
rum Regimini perniciosa continere iudi-
carent, illum ad Universitatem Parsien-
sem mittere censuerunt, addita quadam
epistola, cui quinque Cardinales, Lugdu-
nensis & Senonensis Archiepiscopi, Lu-
cionensis, Magalonensis, & Engolismen-
sis Præsules, necnon duo Abbates die
decima Januarii nomen suum apposue-
runt. Epistola his verbis erat concepta:

A a 5

Sacro-